

De Scholæ Altenburgensis pera. 1666. dimodum, insignibus mutatis 1641.  
Q. K. 123, 2.

Ya  
207

Q. F. F. Q.  
VIROS OMNIUM ORDINUM HONORA-  
TISSIMOS

Ad  
ACTUM SOLEMNEM,  
IN QVO  
CL. ET PER-EXIMIUS

DN. M. PETRUS  
HÆRTELIUS, ALTE-  
BURGENSIS,

Amplisim. Philosoph. Facultatis in celeberrima Sa-  
lanâ Adjunctus,  
SCHOLÆ NOSTRAE RECTOR  
declarabitur,

Et  
Ab Eodem  
in

Oratione Auspicali  
Comparatio

PALLADII TROJANI  
CUM SCHOLIS

Instituatur,  
Nomine omnium  
SCHOLÆ INSPECTORUM  
Devotè & amicè invitat

J. CHRISTFRIED SAGITTARIUS, D.

ALTENBURGI

Typis Joh. Bernh. Bauerfincl. Anno 1666.

\*

( \* 2000298 )






142.



no  
ju  
el  
m  
at  
P  
tu  
b  
m  
A  
a  
tu  
p  
o  
c  
D







Lectōri benevolo Salutem!



Nsignes Schola nostra per dimidiam anni labentis partem fuit passa mutationes. Eximius enim & Humanissimus Dn. *M. Iohann Henricus Zenner, Burgelensis, Cantor, & Classi Quartæ* magno cum iuventutis fructu ultra annos duodecim præfectus, vocatus *Pastor & Adjunctus Götznicensis* placidâ morte rebus subtractus est humanis antè, quàm gregem fidei suæ commissum pabulo salutis pascere posset. Eximius atque Humanissimus, Dn. *M. Gottfried Ernestus Pigertus, Altenburgensis, Organædus* per annos quatuor, quique in Tertia classe succenturiatas præbuit operas, Cantoris munere est ornatus. Plurimum Reverendus atque Præ-Clarif. D. *M. Christophorus Henricus Loeberus, Vinariensis, Ministerii aulici* salutare membrum, quique per annos quatuor in Superiori Classe Philosophica proposuit principia maximo cum auditorum emolumento, otium aulicum cum negotiis plurimis, variisque commutavit, pergens ad Salam, & os Orlæ, sive Orlamündam, vigilantis Superintendentis officio



cio ibidem functurus. Absentis locum insug-  
 gestu aulico supplevit Cl. & per Eximius Dn. M.  
*Michael Christianus Thal-Ludovici Bürgelensis*, qui  
*Sub- & Conrectoris* partes per annos septem egre-  
 giè sustinuit, & cui Svada & docendi Dexteritas,  
 nisi pulveris scholastici fastidium tacitè subre-  
 pisset, scepra Scholæ omnium Eruditorum suf-  
 fragio destinarant. Per-Eximius Dn. M. *Johann-*  
*Georgius Schmaltzius, Gothanus*, qui hætenus Sub-  
 Conrectoris provinciam ornavit, illi successit,  
 & lampadem suam tradidit Per-Eximio Dn. M.  
*Christophoro Græfio, Sultza Thuringo*, Lycei nostri  
 Collegæ hætenus per quadriennium Quarto.  
 Sed nullus etiamnum mutationum finis. Celebris  
 enim Civitas *Goerlicium* Præ-Clarissimum Dn. M.  
*Christianum Funccium, Freibergens. Misnicū*, Gymna-  
 sii nostri per sex annos Rectorem perindustriam,  
 salario honesto, ejusdemq; ad dimidium facto, ul-  
 tra seculi morem, augmento sibi conciliavit.  
 Quin, ut summa cum mediis, & media cum infimis  
 viderentur quasi convellenda *Michael Vogelius,*  
*Altenburgens.* is, qui per annos duodecim tenellæ  
 præfuit juventuti, & prima literarum cognoscen-  
 darum elementa eidem fideliter suggesit, mise-  
 rias scholasticas munere quærens levare Aeditui  
 in vicino pago, subsellia sua reliquit. Tolerabi-  
 lis, fateor, jactura, non tamen prorsus contemnen-  
 da, cum magna sine hisce ut videntur, minimis  
 stare non possint. Tales, tamque crebras, adeò exi-  
 guo temporis intervallo, & Classes plerasque con-  
 cernentes vicissitudines Schola nostra per cen-  
 tum



tum & quadraginta annos, à tempore salutiferæ  
 Reformationis, non sensit, ut devotè rogan-  
 dum sit Numen Supremum, ne peccata nostra  
 subtractione suæ gratiæ, & diminutione famæ  
 honestæ, quæ apud exteros, & peregrinos nostri  
 Lyceum hæctenus claruit, vindicet, puniatque.  
 Ast conciliato rerum Scholasticarum Modera-  
 tore Maximo, Deo, animus non est prorsus de-  
 spondendus, sed dicendum potiùs

NON DEFICIT ALTE R.

Quod ergò felix, faustum, fortunatumque  
 fiet Rei Scholasticæ! Labores, curas, & mole-  
 stias Rectoratus nostri Scholastici humeris Cl. mi  
 & Per. Eximii Domini M. Petri Hærtelii, Altebur-  
 gensis, Amplissima Facultatis Philosophicæ in celeberrima  
 Salana Adjuncti dignissimi, impositum esse si-  
 gnifico; Signo faxit Deus faustissimo, felicissimo,  
 auspiciousissimo! Post varias namque delibe-  
 rationes de negotio summi, ut nobis quidem vi-  
 detur, momenti, præviis, & comitantibus, pre-  
 cibus pro publica Rei literariæ salute, conclusum  
 tandem fuit, laudatum HÆRTELIIUM dignū  
 æstimari, cui tot carorum capitum felicitas con-  
 crederetur.

Vita hominis inculpatè hæctenus transacta,  
 honestique conatus ad majora adspirandi, spem  
 nobis fecerunt de præclaris quoque præstandis  
 in hac palæstra satis negotiosa & molesta. Sum-  
 ma nostrorum votorum est, ut spes de sese con-  
 ceptas superet, vincatque. Antè verò quàm or-  
 dinarias adgrediatur lectiones in Classibus, Su-



periori & Prima, sistendus est prius suis Collegis, & toti coetui scholastico. Tradenda eidem sunt *Rectoratus insignia, baculus & virga, Matricula, Catalogi, Claves, Inventarium, Leges, Acta, Tomi Orationum, Tabula Nigra, Bibliotheca, illiusque Aerarium, Acceptorum & Expensorum Tabula, & rationes pro premiis distributis.*

Hanc solemnem introductionem excipiet novellus Rector brevi oratione, in qua instituet *comparationem Palladii Trojani cum Scholis, & gratiarum actione Actui huic finem imponet.*

Vestra proinde, *Viri omnium Ordinum honoratissimi*, ad diem Martis, qui in Fastis *Damaso* est dicatus, circa horam secundam pomeridianam frequens praesentia in Auditorio Majori, vestrum erga Scholam nostram amorem abunde declarabit, atque Docentes & discipulos officii sui strenue obeundi admonebit. *Valete omnes, & pro*

*Scholae salute perpetua mutua nobiscum*

*fundite vota. Scriptum Al-*

*tenburgi. IX. Decembr.*

*Ao clō 1000 LXXVI.*



lle-  
em  
la,  
o-  
a-  
nes  
et  
et  
a-

a-  
ft  
m  
m  
a-  
e-  
o





1548.

2/3 207 07

1007

M.C.





*De Scholâ Altenburgensî per a. 1666  
Q. K. 123, 2.*

Q. F.  
VIROS OMNIUM ORD  
TISSIM  
Ad  
ACTUM SO  
IN QU  
CL. ET PER - E  
DN. M. PH  
HÆRTELIU  
BURGEN  
Amplisim. Philosoph. Facul  
lanâ Adjunc  
SCHOLÆ NOSTR  
declarabit  
Et  
Ab Eode  
in  
Oratione Au  
Compar  
PALLADII  
CUM SC  
Instituetu  
Nomine o  
SCHOLÆ INSPI  
Devotè & amic  
J. CHRISTFRIED SA  
ALTENBU  
*Typis Joh. Bernh. Bauer*



1041.  
2  
07

